

SECOND TRACT

§2.0

Second Tract

The second tract is set forth in three articles. First: when the king is impaired, whether rule of the kingdom of France can and should belong to the Duke of Burgundy or another blood relative of the king. Second, if rule of the kingdom could belong to said Duke or other blood relative, whether said duke or other person should be deprived of it by reason of aberrant deeds. Third, that his striving to gain that rule (if it was not beholden to him) he should be called a tyrant and suffer the punishments due to tyrants.

§2.1.0

First Article of the Second Tract

For the exposition of the first article I pose the following conclusions.

1st conclusion. In kingdoms and empires that devolve by election, when the king or emperor is prevented from ruling by reason of dementia, the next of kin does not succeed him

§2.1.2

2nd conclusion. Where succession devolves to the next generation—but not by hereditary right—rulership is invested in the closest blood relative when the king is impaired from ruling.

§2.0

[30v]

SECUNDUS TRACTATUS

Divisio Istius

TRACTATUS iste secundus per tres articulos perstringetur. Primus, an ratione consanguinitatis vel potentia possit & debeat regni Francia regimen ad ducem [31r] Burgundiae aut ad alium regis consanguineum pertinere, rege regere impedito. Secundus, an si regni regimen posset ad illum ducem consanguinitatis aut aliter aliquatenus pertinere, idem dux propter excessus per eam commissos au aliis, fuerit illo indignum, & existat, vel privatus. Tertius, an intendendo se dicto regimini (si illi non competierit) dicatur ex hoc tyrannis & tyranni poena mulctandus.

§2.1.0

PRIMUS ARTICULUS

Secundi Tractatus

Pro declaratione quoque primi articuli pono conclusiones sequentes.

Prima conclusio, quòd in regnis & imperiis (quorum successionis posteris non defertur, sed per electionem devoluuntur) rege aut imperatore per amentiam aut aliter impeditis regere, regimen consanguinitatis ratione ad eum (quoniam proximior est) in illo successu non devolitur & spectat. Probatur conclusio per c. grandi, de sup. ne praela. lib. vi, [Lib. Sext., I, 8, 2] scilicet locus est dationi coadiutoris. probatur conclusio per c. de rectoribus & c. penult. & fin. de cleri. egro. [Decretales, III, 6, 3 & 5 & 6].

§2.1.2

Secunda conclusio, quòd regnorum quorum posteris defertur successio quamavis non hereditaria rege per dementia aut similiter impedito regere, regimen consanguinitatis ratione ad eum qui proximior est in illo successu devoluitur & spectat. Probatur conclusio per c. grandi. de sup. ne praela [Lib. Sext., I, 8, 2] ubi fratri regis Portugaliae fuit regimen regni devolutum vivo rege,

SECOND TRACT

§2.1.3 *3rd conclusion. In those kingdoms where succession devolves to the next generation, rule of kingdom is invested in the king's only born son, more than to anyone else, when the king is impaired from ruling.*

§2.1.4 *4th conclusion. In cases where, due to the king's impairment, rule of the kingdom devolves to the nearest of kin not as a gift but in a lawful fashion, it is looked upon as done by virtue of the law itself, without any official mediation, as is especially true in realms which recognize no superior.*

quia in eo erit proximior successus, pro quo isti de cura. §item furiosi [Inst., 1, 23, 3] et l. i. de legit. tut. [Cod., 5, 30, 1 or Dig., 26, 4, 1] tali enim sincerioris charitatis effectum ad regnum afficior, igitur etc., ut habetur in text. c. grandi [Lib. Sext., 1, 8, 2], pro quo l. fin. de legit. tut. [Cod. 5, 30, 5]. Hic dicit text. in l. i de legit. tut. [Cod. 5, 30, 1], ut qui sperant habere per successionem bona tueantur ea ne dilapidentur, etc. Caeterum, qua ratione regnum illi defertur successionis modo obeunte rege, eadem & eius regimen rege impedito regere, idoneus enim ad id quod est plus, videlicet ad regnum per successionem obtinendum, idoneior consetur & dignior ad illud quod est minus videlicet ad regimen eiusdem, ut in reg. iur., cui licet [Lib. Sext., De Reg. iur., 51] & in concordant. ibi notatis.

§2.1.3 Tertia conclusio, quod in regnis his quorum posteris defertur successio, multò plus quàm ad alterum ad regis unigenitum defertur regimen regni & competit regere rege impedito. Probatur conclusio quia proximior est, igitur, etc., iuxta l. i., de test. tut. [Dig., 26, 2, 1 or Cod., 5, 28, 1] & in eodem regno successurus, & quia ius dominii & primogeniturae in regno habet etiam vivo rege, ut praedictum est in praeced. tractatu, ideò etc. iuxta ibid dicta, pro quo c. grandi [Lib. Sext., 1, 8, 2] ubi ideò regimen regni ad fratrem regis pertinet, quia filium rex non habebat aliter ad eum pertinuisset, ut ibi.

§2.1.4 Quarta conclusio, quòd quando rex amentia aut alite regere impeditur, regni regimen (sicut praedicitur) non dativo sed legitimo modo ad proximiozem in eo successorem pertinet & spectat ipso iure absque alicuius ministerio, ut hoc potissimè in regnis superiozem non habentibus; probatur conclusio ar. §furiosi. isti de curat. [Inst., 1, 23, §3]. Et quia in regno huiusmodi non est superior à quo possit vel peti aliquid debeat cùm supriorem minimè recognoscat, igitur etc. Et quia vicem supremi regis obtinet, igitur alterius donationem compatibilem ferre non potest, nam potentior virtus est à fortiori, ut l. nam magistratus, de arbitr. [Dig., 4, 8, 4] & pro his l. proxim. [Dig., 28, 4, 3] & l. i. alleg. supra [Dig. 26, 2, 1], ubi potestas quod ideò ius dicit, quod in causa propria quis dationem alterius in seipso ferre non potest nec auctoritatem, principium enim sibi principium non compatitur, ut in pr. Philos. [PENDING Aristotle]

SECOND TRACT

§2.1.5 *5th conclusion. Royal government of this kind, lawful in kingdoms not recognizing a superior, by its own authority can and should concern itself with governing when it is clear that the king cannot rule.*

§2.1.6 *6th conclusion. Upon the demise of the de iure administrator of the realm, neither the three estates nor the Pope nor anyone else can interpose themselves in establishing a new rector or administrative position.*

§2.1.5 Quinta conclusio, quod huiusmodi administrationi regni legitimus in regnis minimè superiorem recognoscentibus potest sua auctoritate propria & debet regni administrationi se immiscere mox, quùm palam regem regere non posse innotescit. Probatur conclusio quia hic talis vicem regis obtinet qui habet auctoritatem propriam, & nullatenus potest obtinere alienam quum nullum superiorem agnoscat, & sic impossibiliter alienam spectaret in his igitur sua sufficiat ubi non potest adesse aliena, pro quo c. licet in fine de [31v] elec. [Decretales, III, 34, 6], ubi haec ratio ponitur, & eandem ponit Cyn. in simile in l. benè à Zenone de quad. praescript. [Cynus de Pistoia on Cod., 7, 37, 3], sicut similiter ipse alios iudicat & à nemine iudicatur, ut in c. cuncta per mundum q. iii [Decretum, II, 9, 3, 17], & sibi iustitiam dicit cui non potest dicere alienus, ut l. proximi de his quae in testa. delen. [Dig., 28, 4, 3] & l. et hoc Tiberius, de testa. [Dig. 28, 5, 41], Et pro confirmatione horum facit text. in c. in nomine xxii distinc. [Decretum, I, 23, 1] per Cyn. in d. l. benè à Zenone [Cod., 7, 37, 3] & quod no. Inno. in c. venerabilem de elect. [Decretales, I, 6, 34] ubi dicitur quòd Imperator sua auctoritate potestatem administrandi habet ex sola electione, igitur &c.

§2.1.6 Sexta conclusio, quòd existente eo cui suo iure (ut praefertur) administratio regni competit non est minùsque esse potest locus alterius rectoris constitutioni nec tres status regni, nec Papa aut quisquam alius potest de se regimine regni intromittere hoc casu, nec administrando administratores instituendo, postulando vel procurando, quoniam verò aliter postulatio, institutio, datio & alia huiusmodi essent ipse iure nulla. Probatur conclusio per l. si sororum. C. qui da. tu. pos. [Cod., 5, 34, 9] ubi patet quod quando regimen & administratio alicuius principalis & suorum bonorum competit alicui suo iure si per praesidem alius daretur tutorum vel administratorem datio, & alia nullae essent ipso iure, ratio quia ex quo competit alteri, ab eodem auferri & alii dari non potest, quia id quod nostrum est ad alterum nobis invitis transferri non potest, ut in reg. iur. id quod nostrum [Lib. Sext. De Reg. iur. 11], & etiam quia potestas administrandi iam est in esse pleno in eo cui sic suo iure competit, igitur huiusmodi potestas ulterius inesse constitui non potest, quum iam sit in eam, & sic est ibi defectus principii privatim, quod est monstrum in rerum productione, ut l. suae rei. de contrahen. empt. [Dig., 18, 1, 16]. Praeterea tex. dicit quòd avus non potest dare administratorem nepotibus quorum gubernatio ad alius spectare debet, ut l. quum filius, de test. mi. [Dig., 29, 2, 29(28)] & l. i. et ii. de testa. tu. [Dig. 26, 2, 1 & 2], imò aliter

SECOND TRACT

- §2.1.7 *7th conclusion. When a king who does not recognize a superior is impeded from ruling (and there is no son or other rightful one to succeed him) and the need arises to make provisions for governance, it is incumbent upon the three estates of the realm, which does not recognize a superior, and not to the Pope or anyone else, to making those provisions.*
- §2.1.8 *8th conclusion. The Pope is capable of regulating temporal and secular matters in the kingdom in so far as this work has eternal beatitude as its end.*
- §2.1.9 *9th conclusion. Whenever the Pope deposes a king or constituted administration that does not recognize a superior, this is not understood to be a question of cause and effect, but to be a favor given in response to urging by the majority of the kingdom or its lesser but saner part.*

nullum esset quod fieret., ut ibi. igitur etc. Nec ob c. grandi de sup. ne prae. [*Lib. Sext.*, I, 8, 2] quia & ipso iure regimen pertinet ibi ad fratrem regis Portugaliae, & ibi declarando processit de hoc requisitus & propter scandalum notorium movendo subditos, ut ibi patet, sic plenè dicitur infra ix. conclusio.

- §2.1.7 Septima conclusio, quòd rege superiorem non recognoscente regere impedito (si non successit ei filius consangineúsve seu successor ad quem [ut praedicatur] regimen pertineret) & propterea locus esset provisioni de administratore faciendo, quòd hoc casu provisio facienda incumberet tribus statibus regni, quorum status superiorem non recognoscit, non autem ad Papam vel alterum. Probatur conclusio quia (ex quo non est legitimus successor ad quem ideò pertineat regimen) locus est dativo, ut Insti. de tut. in princ. [*Inst.*, I, 13], quodque sicut de iure ad hunc populum pertinet provisio de rege faciendo, ubi rex non esset ut c. sicut ergo [*Decretum*, II, 35, 9, 8] & c. mos est vii, q. ii. [*Decretum*, II, 12, 2, 30] a similiter & administratoris huius quum in utroque sit par & eadem ratio, igitur etc., & c. propterea hic populus quantum ad Papam & alios liber est, praecipuè quo ad exercitium temporalium, iuxta l. vi in prin. de postli. re. [*Cod.*, 8, 51, 6] igitur & provisio haec ad solum eum pertinet ar. l. fi. C. de iurisd. [*Cod.* 3, 13, 7] omnium iu. & no. per Inn. in c. ab ecclesiarum de of. [jud.] ord. [*Decretales*. I. 31. 3] praeterea non est alius cui haec provisio possit competere, quum quo ad omnes fit liber, igitur, etc., hinc di. Innoc. in c. licet [*Decretales*, III, 34, 6] quòs vacantibus regibus Papa non potest se intromittere,^{†gl} etc.
- §2.1.8 Octava conclusio, quòd de temporalibus & secularibus regni potissimè liberi disponere & eorum regulativa atque [32r] directive conditio eatenus duntaxat ad Papam competit, quatenus ea opus est ad directionem in finem beatitudinis aeternae. Probatur conclusio quia in his & ad haec est principalis minister, doctor & instructor vicarius Iesu Christi, qui aliter de illis nihil egit nec agi voluit, ut ibi [*Matthew*, 26, 52]: *Converte gladium tuum in vaginam, etc.*, ut haec latius prosecutus sum in quodam compendioso super his exarato tractatu.
- §2.1.9 Nona conclusio quòd ubicunque reperitur Papa desposuisse regem vel administratorem constituisse in regno aliquo superiorem non recognoscente, haec intelligitur egisse non effective

SECOND TRACT

§2.1.10 *10th conclusion. Otherwise from what has just been said, the pope has no role in providing for the administration of a kingdom which recognizes no superior, for such earthly matters are not his concern.*

nec ut causa efficiens seu effective, sed ut causa favori seu auxilii agentibus impensiva per maiores regni sive maiorem & saniozem partem requisitus, unde dicit Innocen. in c. licet [Decretales, III, 34, 6] quo Papa auxilium consilium & favorem praebere principibus adversus rebellionem subditorum tenetur, ideò, etc. Probatur etiam conclusio nam aliter ad eum non spectat, iuxta praedictas conclusiones, & haec administrationem temporalis et domini populi in hoc liberi superiorem recognoscentis contingunt, igitur non potest Papa se intromittere iuxta proximè dictam conclusionem, imò aliter falcem suam immiteret in messem alienam, ut c. venerabilem, de elect. [Decretales, I, 6, 34] pro quo quod not. glo. xv, q. vi, c. alius [Decretum, II, 15, 6, 3] ubi dicit quòd Papa deposuerit regem Franciae debet intellegi et exponi. I. deponentibus requirentes consentiit idem Ray. in sum. sua tit. de heres. in apparatu, [PENDING] vel potest intelligi quod Papa se intromiserit ubi etiam quando notorium & enorme et scandalum reipublicae peccatum in his versabatur sive quatenus & quando opus fuit occurrere impedimentis causarum in praeiudicium directionis infelicitatem aeternam vel spiritualium personarum aut gladii spiritualis, his enim casus papa monere debet & requirere ad quos spectat, ut provideant & referant quibus exaudientibus vel iuri parere coram quibus pertinet pollicentibus & paratis, papa ulterius quo ad illos se intromittere non debet, iuxta no. per Innocent. in c. novit., de iudi. [Decretales, II, 1, 13] & dixi in dicto compendio plenius, & iuxta haec debet intelligi c. grandi. de sup. ne praelat. [Lib. Sext., I, 8, 2] vel potest intelligi in casu quo moniti iis (ad quos spectabat) noluerunt acceptare fratrem regis Portugalie nec ei obedire, ideò propter notorium scandalum papa declarando regimen ad dictum fratrem pertinere requisitus, de hoc secundum Archid. ibi, super verb. quisque [Guido de Baysio Cod., 9, 8, 5?? PENDING] processit admonitionem in aliam censuram, ut ibi & fortè ideò quia illud regnum papa subiicitur secundum quosdam vel quia papa fuit requisitus per tres status regni, aliàs secus esset, ut no. in fi. per glo. in c. quoniam, xi. di. [Decretum, I, 10, 8].

§2.1.10 Decima conclusio, quòd aliter (quàm proximè dictum est) ad papam nihil pertinet de provisione administratori regno libero superiorem non recognoscen. tum quia messis haec eius non est, ut d. c. venerabilem [Decretales, I, 6, 34] & d. c. solita. [Decretales, I, 33, 6] & in auth. quo, om. epi. & cle. in pr. [Authentic 9, 6, 4 [=Novel 123, 4] tum quia ad ea quae pertinent ad dirigendum in fine beatitudinis aeternae fuit eius potestas, ut ibi: [cf. Matthew, 16, 18-20]: Dabo tibi claves regni caelorum, & ibid: Quidquid ligaveris, etc.; & ibid: Quorum remiseritis, etc.; & ibid: Convertite gladium tuum in vaginam, etc. Distincta haec enim est potestas spiritualis à temporali & à Deo distincta, ut imperatores pro aeterna vita pontificibus indi[32v]gerent & subessent, & ideò.

SECOND TRACT

§2.1.11 *11th conclusion. What is recorded in the law or chronicles about the Pope deposing an emperor has no relevance for the king or his kingdom of France, who is beholden to no one; by contrast, the emperor is confirmed and crowned by the Pope, and is bound to him by an oath of fidelity.*

militantes secularibus negotiis se minimè immiscerent, x. distin., quoniam [Decretum, I, 10, 8] & ibid de hoc, et xcvi. distinct. cùm ad verum [Decretum, I, 96, 6]; c. duo [Decretales, I, 31, 9]; signatur haec conclusio per not. Innocent. in c. licet, de for. compe. [Decretales, II, 2, 20]

§2.1.11 Undecima conclusio, quòd si reperiretur in iure vel in cronicis Papam deposuisse imperatorem, nec facit consequentiam ad regem vel regnum Franciae, nam nullum adeò liberum, sicut idem regnum. Imperator enim confirmationem & coronationem suscipit à Papa, iuramentumque ei praestat & fidelitatem pollicetur, ut c. venerabilem, de elect. [Decretales, I, 6, 34] & c. 1 de mo., iuran. in Clement [Clementines, II, 9, 1], haec enim subiectionem aliquam denotant, ut in c. 1 qui vasal. iu. debeat. [Lib. Feud., II, 5 (Qualiliter jurare debeat vasallus)], & de no. fide. for. [Lib. Feud., II, 7] & in auth. de defen. civi. §i. pen. & fin. [Authentic 3, 2, 5-6 (=Novel 15, 5-6)]. Rex autem Franciae ad talia vel similia teneri non reperitur, ipse enim superiorem non recognoscit^{†g1}, et eius regnum liberum est, ut c. per venerabiliem, qui fil. sint legit. [Decretales, IV, 17, 13], [33r] igitur etc., & similem huius probationem facit ibi Papa dicendo quod consequentia non tenet nec similitudo de Guilielmo domino Montispezzulani ad regem Franciae, quia iste non recognoscit superiorem, sed dictus Guilielmus sic ideò, etc., secundum praedicta, ulterius alii reges non sic reperiuntur liberi ab alterius superioris dominio, sicut rex Franciae, nam text. declarat dictum regem liberum à quocunque, ideò etc., multi enim reges Papae & aliis subiiciuntur, ut rex Siciliae et similes. Porrò de iure communi omnes reges subsunt Imperatori & omnes provinciae. vii quaest. i, in apibus [Decretum, II, 7, 1, 41] & xi. quaest. i, §haec si quis [Decretum, II, 11, 1, 7] & lxiii. distinct. Adrianus [Decretum, I, 63, 2], praeter regem Franciae, ut alleg. c. per venerabilem [Decretales, IV, 17, 3], & imperator subest Papae, ut dictum est. Igitur & omnes reges alii qui & imperatori subsunt, & non rex Franciae subsunt perfectiùs & pleniùs Papae, & consequenter de illis ad regem praedictum non tenet consequentia, & his satis concor. Inn. in c. licet, de fo. [Decretales, II, 2, 10]. Praeterea & si Papa de praemissis se intromiserit, ad haec fuit requisitus velut auxilium patrans, & haec non conferunt potestatem iurisdictionis, sicut nec quando alter iudex alterius requirit auxilium in subsidium iuris, nos ex hoc illi confertur iurisdictionem sed quam habet invocat. l. ii., C. de offi. praefe. praeto. [Cod., I, 27(30), 2]. Affri. clariùs in c. i. de offi. [iud.] ordi. [Decretales, I, 31, 1], ubi text. hoc probat. & si ut requisitus se intromiserit, ut c. grandi [Lib. Sext., I, 8, 2] secundum Archid. ibidem super verb. quisque [Guido de Baysio Cod., 9, 8, 5?? Pending] ex hoc se intromiserunt & in illo casu, ut c. per venerabilem, qui fil. sint legit. ver. insuper [Decretales, IV, 17, 13] in eo sed non in aliis, ut ibi, sicut nec prorogans iurisdictionem quo ad casum unum, non ex hoc quo ad alios, nam

SECOND TRACT

§2.1.12 12th conclusion. Successoral right should be bestowed upon the primogenit, and not the Duke of Burgundy, if there needs to be appointed a coadjutor or administrator for a king who is incapable of ruling.

de separato ad separatum non fit illatio in materia contingenti, ut l. fin. de calum. [*Dig.*, 3, 6, 9 or *Cod.*, 9, 46, 10] & l. si maritus, de donat. int. vir & uxor [*Cod.*, 5, 16, 10], non enim sequitur Petrus currit, ergo Sortes currit, nec sequitur Sortes prom. sit capam, ergo & mantellum, haec enim sunt disparata, etc., & pro hoc dictus versi insuper in eo, & quai de non alio, igitur etc. Et pro confirmatione praemissorum accedat quod no. Inn. in c. licet de fo. competen. [*Decretales*, II, 2, 20] in ver. vel dic quòd vacantibus regnis, etc.

Ostenditur igitur manifestè quòd dicto duci non competit, neque à lege neque ex constitutione vel ordinatione aut datione, aliqua regimen regni pertinet ad eum, quia (ut praedicitur) potior est causa in hoc domini Dalphi[33v]ni, tum quia nec ius sibi confert., ut dictum est supra in i. & ii. concl. tum quia nemo habet potestatem dandi vel constituendi aliquem administratiorem, quum administratio sit propria & competat domino Dalphino (ut dictum est) tum quia nec eundem ducem aliquis petiit, nec dedit, nec dare aut petere potuit administratorem ut declaratum est.

§2.1.12 Duodecima conclusio, quòd supposito casu quòd existente rege est primo genito & quòd locus esset dationi coadiutoris sive administratoris rege Franciae impedito regere, non eo minus tamen regimen sive coadiutoris officium esset primogenito regis, & non dicto duci Burgundiae aut alteri conferendo. Probatur conclusio, nam illius res in causa principaliter & de per se in hoc agitur, quum ad eum dominii & primogeniturae iura in illo competant, & plenissimè successionis facto hominis notabilem spem in eo obtineat, ut in praecedenti plenè deductum est, & est & sic per magis imò omnino eius et non aliorum ius & interesse, versari dignoscitur, & consequenter & regimen praedictum & officium ei (si locus esset) & non dicto duci aut alteri veniret conferendum; hinc dicunt leges quòd ubi alicuius actionis vel iuris administrandi publici cuius administratio & exercitium committi debeat, quasi ille cui res alterius magis interest, debet ad id admitti & caeteris raeferri, ut haec habentur textualiter in l. iii., §si ad plures, iuncta l. sepulchrum, de sepul. vio. [*Dig.*, 47, 12, 3(§9) & 6] & l. iii. §si plures, de libe. ho. exhib. [*Dig.*, 43, 29, 3(§12)] & text. pro hoc & gloss. expressi in l. fin. [*Dig.*, 43, 29, 4 (gloss on “putaverint”)] & ibi multae concordantiae de coll. deter. & l. interest, de lib. cau. [*Dig.*, 40, 12, 5]. Praeterea primogenitus est proximior immediatus successor, igitur sibi soli deferendum, ut dicit text. in c. grandi. [*Lib. Sext.*, I, 8, 2] ibi, id idem regi etc.

SECOND TRACT

- §2.1.13 *13th conclusion. Rule of a kingdom is most fit for one who is motivated by affection, as the law proclaims the son to be for the person and the goods of his father.*
- §2.1.14 *14th conclusion. The primogenit of the king is incomparably more bound to the kingdom and his subjects than said duke or anyone else, because (as said in Tract 1), he is lord while his father is alive.*
-
- §2.1.13 Tertiadecima conclusio, quòd [34r] regni regimen illi magis pertinet & relinquendum ei qui ad id maiori charitate & affectione plenior inititur, hic dicit lex quòd filii furentis administratio personae & bonorum cura patri commitenda est, quia ad eum charius afficitur quum non sit amor qui vincat paternum, ut l. fin. C. de cura. de fu. [Cod., 5, 6]. Et idem è contra patre furioso existente, cura eius magis filio committenda, ut l. his qui. de tuto. & cu. da. ab his [Dig., 26, 5, 12]. Et ideò Papa quando consentiit quòd frater regis Portugaliae illi esset coadiutor, examinavit qua & quanta affectione ad populum & regnum afficeretur, & comperto quò affectu intrinsecae dilectionis nitebatur, assentiit quod regimen regni obtineret, ut haec habentur textualiter in d. c. grandi. [Lib. Sext., I, 8, 2] ibi, examinatae dilectionis, etc., & propterea dicitur quod quis non diligit facilem contemnit, xxi. q.iii. praesens [Decretum, II, 20, 3, 4]. [34v]
- §2.1.14 Quartadecima conclusio, quòd primogenitus regis maiori sine comparatione affectione & charitate afficitur ad regnum & eius supposita quàm dux praedictus aut quispiam alius. Probatur conclusio quia (ut declaratum est in praecedentio tractatu) dominus est vivente patre, ut d. l. in suis [Dig., 28, 2, 11], tamen administratione & aliis iuribus primogeniturae & ideò naturaliter diligit quo suum est., hic dicitur in Evang. Ioan, x. cap. [John, 10, 14]: Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & oves meae cognoscunt me, qui tex. loquitur de congregatione amoris, q.d. quod ipse diligit oves suas & è contra, sicut & alibi loquendo de cognitione dilectionis, dicit Christus perversis, non venit vis, scilicet notior amoris & gratiae, Mat. vii. cap. [Matthew, 7, ??]. Et ideò quia Dominus diligit vero amore & in charitate non ficta oves suas, ideò ponit animam suam periculis pro ovibus suis, ut habetur Ioan. x. [John, 10, 25-27] sicut & dominus Dalphinus facit pro consevatione regni & suppositorum eius, nemo enim maiorem charitatem habere potest quòd ut ponat animam suam pro ovibus & amisicis suis, Ioan. xv. [John 15, 13] dictus autem dux aut alius non est nec (iuvante domino) unquam erit dominus aliqua specie dominii regni [35v] Franciae, ergo, sed cupit esse mercenarius aut fur, ut ex prologo patet, mercenarius autem oves regni non diligit, quia suae non sunt & ideò non est ei cura de ovibus, & ideo fugit quando videt lupum scilicet regem Angliae venientem, imo (ut ex Actis patet) satis fur dicitur, quia oves, id est regni supposita furatur, oves & perdi., Ioan cap. x. [John, 10, 10], igitur, etc. Praeterea ille qui solùm habet spem successionis in regno veriùs affectonem ad illud habere dicitur quàm ille qui nec proxior est, nec sucessurus, ut in d. c. grandi [Lib. Sext., I, 8, 2] ibi, quae eidem regi & ibi examinatae dilectionis, etc. facit de legit tut. & l. i. et per totum [Dig., 26, 4, 1 & passim], & Instit. de

SECOND TRACT

§2.1.15 *15th conclusion. From the foregoing it follows that, whenever there is a need to install a coadjutor or administrator de iure, the primogenit, the Dauphin himself—and not said Duke or anyone else—should be the one to carry out that mission de iure, for he is the nearest in the line of succession.*

§2.1.16 *Ultimate conclusion. Sheer force is not sufficient reason to convey rule of the realm or administration to anyone, for that is tolerable only where other merits are involved or there is a convergence of merits with certain circumstances; but such merits and deserving circumstances are wanting in said Duke, as will be shown in the following article.*

legi patro. tu. [Inst., 1, 17], circa med. Ergo multomagis dictus dominus Dalphinus qui ius iam formatum domini & administrationis & spem notabilem plenitudinis successionis habet in regno per praedicta. [36r]

§2.1.15 Quindecima conclusio quae infertur ex praemissis, quod existente primogenito domino Dalphino (si esset de iure possibile, quod esset locus dationis & institutioni coadiutoris vel administratoris) ipsi esset officium huius modi de iure, & nullatenus praefato duci aut alteri conferendum sive dimittendum, tum quia eius omnino & prae alii interest tum quia proximior & immediatè successurus iuxta dicta supra in ix. conclu. tam quia maiorem affectionem & amorem habet ad regnum & eius supposita quàm dictus dux aut alius, ut dictum est in x. & ii. conclu.

§2.1.16 Ultima conclusio, quòd potentia non est sufficiens causa ad conferendum alicui regimen regni aut aliam administrationem, sed solùm suffragatur ubi alia adsunt merita, ut d. c. grandi [Lib. Sext., I, 8, 2] vel ubi caeterae circumstantiae & merita sunt pares, ut in c. constitu. de appell. [Decretales, II, 28, 45], sed merita & omnes debitae circumstantiae cessant in dicto duce, ut ponitur & in sequen. articu. plenè dicitur de hac conclusione, igitur, etc. Patet igitur evidenter ex praedictis conclusionibus quòd nec à iure nec ab homine quocunque regni Francia regimen potest pertinere aut concedi dicto duci aliqua ratione, sed omnino spectat suo iure ad dominum Dalphinum regni unigenitum. †gl